



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis  
Oratorii Fvndatoris**

**Gallonio, Antonio**

**Mogvntiæ, 1602**

Oratorium in ædes Florentinorum transfertur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43172**

*Oratorium in aedes Florentinorum  
transfertur.*

**I**n terea temporis dum Oratoriū & numero in singulos dies augebatur & fructu , construunt Florentini suis sumptibus ad ripam Tyberis; ad maiorem nostrorum commoditatem , egregium sanè opus, ubi sermones fieri cœpti sunt, non minore populi frequentia , nec fructu, anno huius sæculi septuagesimo quarto, xvij Kal. Maias , qui dies eō tempore in quintam hebdomadæ feriam Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi celebris inciderat.

Eo ipso anno ad nos tres sese aggregant Fabricius Mediobarbus Politonij viri diuini, humanique iuris peritissimi filius , qui tertiodecimo post anno ab ingressu obiit,  
& Pompeius Paterius ci-  
uis Papiensis sacer-  
dos.